Quelle: http://manuscripta.at/?ID=510
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

pater misericordissime desideria
cogitacionis precordiorum meorum et
clamores lacrimarum oculorum meorum
Ante te est omne desiderium meum
et gemitus meus a te non est ab
sconditus et tu domine ne avertas
amplius faciem tuam a me ne
declines in ira a servo tuo pater
misericordiarum audi eiulatum
pupilli tui et porrige manum
oportunam adiutricem ut me tra
hat de profundis aquarum et de
lacu miserie et de luto fecis ne
peream vidente misericordia
electorum tuorum aspiciente cleme
ncia iustorum tuorum sed evadam
ad te dominum meum ut vide
am divicias regni tui et intuear
faciem tuam semper et laude
dicam nomini tuo sancto domine
qui facis mirabilia qui letum
facis cor meum memoria tua
qui illuminas iuventutem meam
nec despicias senectutem meam
sed iubilare facis omnia ossa mea
et reminiscere facis ut aquile
canos meos Omnis gloria omnis
laus omnis virtus beatitudo
omnis potencia omnis magni
ficencia omnis clemencia sit deo
patri et filio et spiritui sancto
Amen etc.

Incipit soliloquium Beati Bern
hardi Abbatis etc.

O cor meum rogo te ne sis
cor fatui quod est cor con
fractum quod omnem sa
pienciam non tenebit Sed recor
dare vias tuas et vide quantum
inter se distent via per quam am
bulasti hactenus et per quam
ambulare oportet ad deum et
vide quantum distat ortus ab occiden
te sic istas vias a se distare Cum
via per quam ambulasti sit ple
na levitate ocio dissolucione cor
poris et vanis quibusdam de
lectacionibus cum te non lateat
quod qui mollis est et dissolutus
fiat sic sua opera dissipantur
Et quod vere opera tua in eo non
vigeant sed potius dissipant
confiteor quidem cogitavi nonnumquam
mores velle corrigere carnalibus
desideriis plus et plus velle resis
tere dei laudibus vigilanciis
velle insistere carnem per omnia
velle spiritui subicere ocia fu
gere verba inutilia declinare
oracioni ac meditacioni arden
cius invigilare proposui omnia quidem
hec sed numquam vel rarissime video
a te effectui mancipari Immo eciam
si quando incipis sic insistere desinis
ut ab inimicis tuis merito tibi
dicatur quia hic homo cepit edi
ficare et non potuit consummare
Nonnumquam cum oracioni vel medita
cioni deberes insistere corpore gra
vatus sompno de preteritis cogitacione
superflua seduceris Et nonnumquam
ut tempus oracionis expendat in desi
deriis carnis et si qua tibi con
fortacio gracie tribuenda esset hanc
tibi subripit carnis pigricia vel